Dilecto Filio Nostro Augustino S. R. E. Pbro Cardinali Pipia nuncupato Ordinis Fratrum Predicatorum Administratori

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Benedictus PP. XIII.

Dilecte fili noster Salutem et apostolicam benedictionem. Religionis Zelus, Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et Virtutum merita super quibus Dilectus filius Franciscus de Auiles et Sousa Frater expresse professus et Prior Prouincialis Prouincie Mexican Ordinis Predicatorum apud Nos fide digno comendatur testimonio nos inducunt, ut eum specialibus fauoribus et gratijs prosequamur. Cum itaque sicut dictus Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse postquam Lecture Philosophie cursum absoluerat Verbum Dei in ciuitatibus insignioribus Regni Mexican ultra tempus a Statutis dicte sue Prouincie prescriptum semper predicauerit et ab ea pro gradu Magisterij titulo Predicationis postulari obtinuit, et a te postulatione huiusmodi acceptata, et confirmata ad gradum Magisterij promotus fuisset, si locus de presenti uacans reperiretur, cupiatque propterea idem Franciscus in premium religiosorum laborum suorum Magisterij supranumerarij eiusdem Prouincie honore a nobis decorari. Nos ipsum Franciscum premissorum eius meritorum intuitu specialis fauore gratie prosequi Volentes et a quibusuis excomunicationis suspensionis et interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs censuris et penis a iure uel ab homine quauis occasione uel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes et absolutum fore censentes supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium

ne=

manera al Pontificado, hizo Carden.l a D. Carlos Carrafa, el qual

...ual de la Suprema Cabeza en este miembro tan principal del cuerpo mystico de christo: y puede el conducir para defensa con moderamine ... del Papa como Principe temporal

negotiis, et Consultationibus Episcoporum et Regularium prepositorum qui relationem dilecti pariter filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis super premissis eisdem Cardinalibus factam audierint consilio, circumspectioni Tue per presentes committimus et mandamus ut veris existentibus narratis et presertim quod dictus Franciscus a ista Provincia fuerit postulatus, et aliis ceteris alia requisita necessaria concurrant eundem Franciscum ad Magisterium Provincie supra numerum cum voce et loco auctoritate nostra Apostolica pro tuo arbitrio et conscientia assumas ac respective promoveas, ita tamen ut in locum numerarium primo vacaturum succedat et omnia de iure servanda serventur, ac salva semper in premissis auctoritate congregationis eorundem Cardinalium Non obstantibus Constitutionibus et ordinibus apostolicis ac Provincie et Ordinis ipsorum etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus Privilegiis quoque facultatibus, et litteris apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis confirmatis et innovatis quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque Datum Rome apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XVII. Februarii MDCCXXV Pontificatus nostri anno Primo =

F. Cardinalis Oliverius.

= Loco + Sigilli =

Memorial

Dessido entre el Papa Paulo IV y el Rey catholico D. Phe II

manera al Pontificado, hizo Cardenal à D.n Carlos Carrafa, el qual

...

tual de la suprema cabeza en este miembro tan principal del cuerpo mystico de christo: y puede q.e conduce para defensa con moderamine inculpatae tutelae del Papa como Principe temporal.

... haviendo caso omiso de la tal duda sobre

se cierto ... era verdadero Papa. Y en la conclusion del ... año de 1558 en 16 ...